



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Mvtinensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Rex, qui ob egregia eius gesta Magni cognomen-
 tum tulit, omnibus tum corporis tum animi virtu-
 tibus præditus; Romani Imperij moderator opti-
 verz religionis obseruator integerrimus, eius exi-
 mia liberalitate, precibusq; Apollinei tunc præ-
 sulis Regiensis, illi confinium Regij memoriam,
 in tabulis æneis incisam, & à Principibus Longo-
 bardorum iamdiu comprobaram, offerentis; e of-
 dem fines nedum confirmauit, verum etiam ultra
 terminos M. AEmilij Lepidi Regilli, fundatoris
 Regij Romanor. coloniar, & sub eorum imperij le-
 gibus insignis, ab ipsis olim pace belloque mode-
 rata; à finitimis ob monumenta & indulta deorum
 fortuitò flammis consumpta, interceptos produ-
 xit, sinibusque Mantuæ, Bononiæ, Lucæ, Parmæ, Ti-
 cini, Nonocomi adiunxit; ciuitatemque ipsam
 instituendi gymnasij, alijsque quamplurimis pri-
 uilegis decorauit.



MVTINENSIA.

IN MVTINAM IVL. CAES.
 SCALIGER.

Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus:
 Tot se fama noua vertit in ora vetus.
 Fama vetus, tot fama recens se vertit in ora:
 Ut tituli numeros nesciat ipsa sui.
 Mars catus inuictis admiscet viribus artem:
 Ardua sic gemino nomine bella docet.
 At Venus atherias cum sinxerit aurea formas:
 Verborum adiunxit pondera picta modis.
 Inde triplex liquidos animos inspirat Apollo:
 Inde triplex nitida gratia iuncta manu.

*Nulla deest Erato: capiet te candida Pitho,
 Ut mox oblitus tu videre tui.
 Nescit, quo potius tumeat Rangonia tellus,
 Ergo nec dignum, velle tumere, putat.*

IN CATHEDRALI AEDE.

FRANCISCI CASTALDI corpus hîc iacet,
 cui exultanti, quoniam afflictæ bello Patriæ cum
 lectissima manu militum opem attulit, iure Patria
 fuit restituta. Sed fata caueri nequeunt, eum nam-
 que nocte quadam domum redeuntem, plures, &
 armati, solum, & inermem adorti multis vulneri-
 bus confectum trucidarunt.

BARTHOLOMAEI PRIGNANI.

*Callimachum facili vicit qui Pindarum & ore,
 Cognitus & pleni cui situs orbis erat,
 Bartholomæus in hac Prignanus clauditur vrna,
 Qui tamen in vita morte superstes erit.*

ANNAE COLUMBAE.

Animi candore & coniugij fide, Matronæ libe-
 rali forma modestiss. moribus, & Christiana pie-
 tate ornata, IOAN. BAPT. MOLZA coniugi opti-
 dulciss. cum qua vixit annos XX. M. II. D. VI. con-
 cordissimè, moerenti animo. Decessit XVII. Kal.
 April. M. D. LVIII.

*Vixit adhuc, niueis volitatq; per aëra pennis
 Clara pudicitia fama, Columba, tua.*

IBIDEM.

Si animarum auctio fieret, FRANCISCVM
 MOLZAM licitarètur virtutes, Patria & Cathari-
 na eius vxor, quæ illi, & sibi hoc POS.

AD CARMELITAS.

LVCRETIAE PARMENSI, Bergontiorum familia, splendore formæ, ac venustatis decore clarissimæ; verum pietate, & morum probitate, reliquæ familiaris cura, quam longiss. clariori: Iacobus Molza coniugi amabilissimæ, cum qua per annos XXVI. coniunctissimè vixit, mœstissimè pos. Vixit ann. XXXIX. Obijt Non. Cal. Maias M. D. LXXII.

Qua mortalis eram, hic iaceo, atqua nescia mortis

In prole & claro sum rediitna viro.

Si nullæ adfuissent delitiæ; nullæ adessent miseriz.

Quia delitiæ miserijs; miseriz delitijs commutantur.

IN AEDE S. DOMINICI.

GASPAR PETRAZANVS, Petra Petri Graciani & Geminiani Pontifex, pro téplis, eum templis, in templis, natus, educatus, exercitatus, vixit, egit, cecidit. Si patriam cernis, huic diuersos decreuit honores. M. D. IC VIII. Cal. Decembr.

Flamma sacri Iuris, Flamen Iouis, optimus ossa

Petrazanus habet Gaspar in hoc tumulo.

Mactabat superis; cecidit mactatus ad aras,

Vt cecidit pro dijs, stat Deus ante deos.

IN D. AVGVSTINI.

SMERALDA MATETA, quæ virum habuit Ioannem Sadoletum, Iacobi amplissimi Cardinalis ex fratre nepotem, cum quo vixit annos

O 3

xv. Mens.

xv. Mens. vi. & cum matrimonij nobilitate formam, cum forma pudicitiam, difficilima omnium societate coniunctam, virilemque rerum aduersarum tum in coniugio, tum post coniugium tolerantiam constantissime seruauit, & aduersus primarios ciuitatis competitores viduitatem: hic sita est, post annos ætat. xxxvi. Viduitatis III. vii. Cal. Sextil. ex testamento.

D. IMM. S.

IOAN. SADOLETO Ia. Fr. Iuris vtriusque scientia omnibus planè antecellenti, memoria incomparabili, ingenio præstantiss. Fide, Religione, temperantia supra vel eximiam laudem, ad vsque dies extremos, incolumitate perpetua & integra prouecto: Iac. Sadoletus, ob pietatem & reuerentiam, quòd ex eo nihil vnquam asperit, quòd imitando non opt. & temperatissime se gereret: caro apud ciues, memorato apud exteros opt. patri vita functo, bene merenti: & Francisca Machiauellæ eius vnica vxori, matri suæ carissimæ viuenti, & sibi fecit. Vixit pater annos LXXI. & obiit anno M. D. XI.

Locus decreto Collegij sacerdotum datus, & natus Populoque Mutinensi procurante.

Huic monumento præter tres hosce inferatur nemo.

IN AEDE D. PETRI.

NICOLAI MACHELLÆ
monumentum.


Medicorum scientiâ, bonorum probitate omnium sui temporis præstantissimi; quorum vtrius longiore

FAVENTINA.

215

giore spatio antecelleret, dubium semper extitit.
Vixit annos LX.

Alta cadunt vitij, virtutibus infima surgunt.



I M O L A E.

ANDREAE FERRI ossa hic recondi, sat tibi, viator, dixisse; si, vt medicorū optimus, ita & philosophorum primus vndique nomen protulerit, hic inquam, puluis: Nam quod reliquum est in homine diuinitatis, coelo residet. felix iam viue, & vale. XII. Kal. Octob. M. D. XLV.



FAVENTINA.

IN FAVENTIAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Pars magna Italia duro discrimine rerum,
Clara Faentino milite sceptrum capit.

Quod meruit decus inuictis Heluetius armis:

Quod conducta ferox Brennus ad arma fuit:

Hoc sumus: hoc fortis meruit vis ignea dextra,

Arbitrio cuius numina regna parant.

AD S. ANTONIVM.

CAROLI TRAVERSARII Canonici Fauent. ac huius Ecclesiae Rectoris: nec non Rotae Su. Palat. Apostolici causarum Notarij: & istius societatis sacratiss. corporis Christi institut. ac benefactoris corpus hic in terra iacet; anima vero eius in pace requiescat. Amen.

Vixit annos LX. diuersis & quamplurimis tribulationibus & persecutionibus semper laboras,

O 4 tan-